

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XLIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

quid promittitur felicitas est. Nam DEUS
 veritas est sine fallacia, bonitas sine malitia,
 felicitas sine miseria, *Hugo.*

Wie selig bist du doch/ Maria/ die du gläu-
 best

Des Allerhöchsten Wort/ und darbey vest
 verbleibest/

Denn ja des HERN Wort ein Wort
 der Wahrheit ist/

Das nicht beerügen kan/ und bleibe
 zu aller Frist.

Ex v. 46. & seqq.

*Ut sacra virgo DE laudes ebuccinat ore:
 Sic laudes Domini discere referre tui.*

ORACULUM SACRUM XLIII.

Pf. XXXIV. 2.

TEXTUS EBRÆUS SACER.

אֲבָרַכְךָ אֲתָּהּ יְהוָה כָּל־עַד
 תָּמִיד תְּהַלְלֶנּוּ בְּפִי

Versio vulgata.

Benedicam Dominum in omni
 tempo-

tempore, semper laus ejus in ore meo.

Versio B. LUTHERI.

Ich will den **HERRN** loben alle
Zeit / sein Lob soll immerdar in meinem
Munde seyn.

N O T Æ.

1. Heic Hieropsaltes benedicat Jehovah, Dominum, non DOMINAM. Errant igitur Pontifici, dum hæc ad Mariam trahunt & in Psalterio Mariæ ita canunt: Benedicam DOMINAM omni tempore, & non deficiet laus ejus in ore meo. In periculis, in rebus dubiis invocare illam & in necessitatibus vestris invenietis auxilium & refrigerium dulce *Pfalt. Maria! Pf. 34.* Benedic anima mea matri Jesu Christi, & omnia præcordia mea glorificate nomen ejus. Ne obliviscaris beneficia ejus neq; gratias ejus & consolationes illius *Ibid. Pf. 102.* Benedicat te omnis caro, & glorificet te omnis lingua *Pf. 65.* Benedicant tibi cælum & terra, mare & cardines orbis terrarum *Ibid. Pf. 28.*

2. Benedicimus autem DEum optando & precando ut gloria & majestas ejus, in omnes orbis

orbis partes
talium ge
brebus: Tim
Zigis extol
3. Dum
SEMPER
intellig
(Nam Da
per potui
cit animo
pro acce
Ita nonn
XVIII, 1.
oratione
accipian
David se
& frequ
immem
partien
refrigit
20. cap.
tato loq
citur, in
idem h
potest.
tempor
tomedi

orbis partes diffundatur & ab universo mortalium genere celebretur. Hinc rectè Ambrosius: *Tunc Deus benedicitur, quum laudibus dignis extollitur.*

3. Dum vates Jesæus ait: laudem DEI SEMPER esse in ore suo, hoc Basilius Magnus intelligendum existimat, *non de ore externo* (Nam David ore externo laudes Dei non semper potuit psallere) *sed de ore interno videlicet animo*, quò DEUM jugiter celebrare; eiq; pro acceptis beneficiis gratias agere potuit. Ita nonnulli interpretes dictum Christi Luc. XVIII, 1. quòd oporteat SEMPER orare, de oratione mentali exponunt. Alii hunc locum accipiunt *de benedictionis frequentia*, quòd David secum constituerit SEMPER h. e. sæpè & frequenter Domino benedicere, ipsiq; pro immensis beneficiis gratias agere. Nam *particula QUANDOQ; cum aliqua temporis restrictione est intelligenda.* Vide Exod. XXVII, 20. cap. XXIX, 30. 1. Reg. X, 8. Hinc etiam usitato loquendi modo omni tempore id fieri dicitur, in quod tanto affectu incumbitur, ut idem fiat quandocunq; & quotiescunq; fieri potest. Sic de homine studioso dicitur: omni tempore studet: & de puero intemperante comedit. Et in Actis Cornelius Centurio dicitur

citur vir religiosus & deprecans DEum *semper*, qui tamen cibum potumq; capiebat, aliisq; negotiis vacabat, utpote multorum Dux militum *contra Evchetas Masfalianos* (vel ut alii scribunt Mesfalianos) *quorum heresis Anno Christi 371. exorta est, uti videre est in Tripart. Hist. Eccles. lib. 7. cap. 11. qui è locis allegatis ab oratione & benedictione Dei non esse cesandum malè colligebant.* Sed audiantur nunc

P A T R E S.

Quid est *omni tempore h. e. Semper.* Et quid est *Benedicam?* hoc est laus ejus in ore meo. *Omni tempore & Semper* sive in prosperis sive in adversis *Aug. in Ps. 32. f. 36.*

Tota die Deum laudare quis durat? Suggesto medium unde totà die laudes Deum, si vis. *Quicquid egeris benè age, & laudasti DEum, quando cantas hymnum laudas DEum. Et quoties cesfasti ab hymno cantando discedis ut reficiaris. Noli inebriari & laudasti Deum. Discedis ut dormias, noli surgere ad malefaciendum & laudasti Deum. In innocentia operum tuorum prepara te ad laudandum Deum, Idem.*

Gratia semper agenda sunt Deo, non ob partam modò quietem, & ocium, sed quum aliquid patimur, quod marore adficiat, neq; enim

enim ob bona duntaxat nobis ab eo collata,
 in etiam vel in medijs malis & rerum earum
 ob gratiam, quas vel ignoramus, vel novimus.
 Cunctis namq; ex rebus, vel prosperis vel ad-
 versis afficit nos semper beneficentis Deus, ta-
 met si id ipsum nos lateat, *Atbanasius super E-*
phes. 5.

Non possunt Domino referri gratia pro
 dignitate salutis, si conferantur cum utilitate,
 quæ à DEO proficiscitur, *Clement. Alex. l. 7.*
Strom. p. 227. D.

Maria freuet sich und Gottes Güte
 preist/

Die Er ihr mannigfalt an Leib und Seel
 erweist;

Also soll auch mein Geist/ mein Herz
 und mein Gemüthe

Ausbreiten früh und spät des Aller-
 höchsten Güte.

Ex Matth. c. XX, 21. 22.

Quid petis Eoas gazas & nomina celsa?

Quod petis ignoras non peritura petas.

ORA.